



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVIII. Usus, Ususfructus, Usufructuarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

IX.

Quoties per cessionem mutatur persona creditoris, toties usurae usurarum non debentur, quia quicquid non potuit exigere cedens, illud nec potest cessionarius, utpote cuius omne jus venit ex persona cedentis.

Limita, ut procedat, si mutata sit persona creditoris per cessionem simplicem, secus, si per delegationem: quia per hanc prior obligatio tollitur & plane nova constituitur.

Quando ad usuras teneatur Tutor, vid. **TUTOR.**

C A P. XLVII.

Usurpatio.

Usurpatio & consuetudo in iure sibi opponuntur l. 13. §. ult. *vers. usurpatum tamen illud, de injur. 2. F. 1. §. 1. F. 13. §. 2. F. 26. c. 1. §. filii nati. §. moribus.* Diligenter atque distingvendum, utrum usurpatio aliquo jure vel ratione aliquanitur, nec ne. Priori casu cum connivere Legumlatores soleant, vincit usurpatio jus etiam rationabile, per text. *notab. 1. F. 13. in fin. posteriore casu: utcumque invaluerit usurpatio, tamen in contradictorio judicio non debet attendi, per text. in l. injuriarum 13. §. ult. ubi usurpatum tamen, & hoc est, tamen si nullo jure: quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. de injur. §. c. non putamus 2. de consuetud. in 6. can. pradia 5. caus. 12. quest. 2. Qvemadmodum etiam Germanis differunt etiam Gebrauch und Mißbrauch. Est corruptela potius quam consuetudo dicenda. Neque hæc nova, sed vetustissima querela est, quod bonæ leges à malis hominibus observatæ non fuerint: interim apud bonos auctoritatis Legum nec quicquam decessit, uti quidem nugatur Hermannus Conringius in de clamazione frivola, de origine juris German. Sic enim Plaut. in Trinum, act. 4. scen. 3. vers. 30.*

Mores Leges jam produxerunt in potestatem suam.

Magis quæis sunt obnoxiosæ, quam parentes liberis

Ea misera etiam ad parietem sunt fixa clavibus ferreis.

Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

Hinc etiam Cicero 2. offic. testatur, grassantibus bellis civilibus totam dignitatem Jurisprudentiæ collapsam fuisse, Ictum ergo oportet cum Horatio

Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum.

C A P. XLVIII.

Usus, Ususfructus, Ususfructuarius.

Axioma I.

Usus simplex non inducit acquisitionem juris.

Socin. conf. 131. col. 1. 2. in presenti consultatione Gylman. 4. vot. 11. n. 56. pag. 32.

II.

Ususfructus nudus cum proprietate nihil habet commune l. restit. 25. ff. de V. S. l. permitti 52. in princ. ff. de acquir. possess. Henning. Gorden. conf. 23. n. 6. ubi ait Ususfructum opponi dominio Zas. in l. nemo prohibetur n. 6. ff. d. excep. Regner. Sixtin. 3. conf. Marp. 7. n. 7.

III.

Ad usum certum si quid destinatum est, ad illum, non ad alium debet converti clem. ult. in pr. de relig. domib.

IV.

Usus non est rerum usu consumptibilium, extr. av. g. ad conditorem §. quamquam & S. nec obviat. de V. S.

V.

Usus longævus legem ac rationem vincere nequit, c. consuetudinis 4. dist. 11. unde & usus pravus ratione & lege superatur c. 1. dist. 11. quæ cedit etiam auctoritati d. c. 1. dist. 11. quæ de causa si usus veritati contrarius, aboleri debet, c. si consuetudinem 5. dist. 8.

VI.

Usus Legum antiquarum, quæ vetustate & incuria obsoleverunt, nullus est c. fuerunt 2. dist. 7.

VII.

Utens re male, male possidet, quid dicam in fin. 14. q. 4.

VIII.

Uti præsupponit, quod cum usu salva rei substantia manet. extr. av. g. ad conditorem. §. nec obviat de V. S.

IX.

Dominus re sua liberrimè uti & abuti potest, l. 25. §. 11. & l. 31. §. 3. de petit. hered. & improbatum est LL. pactum, ne liceat Domino liberè re suâ uti, l. pen. de p. et. cum nemo alteri super rei suæ usu vel abusu legem dicere possit, l. 2. proemptor. ubi Wesenb. n. 6. & C. A. th. 5. ita ut domino abutendi tunc dicitur dñm intendi nequeat Argentr. ad conf. Britann. art. 421. lit. a. p. 1088. Ubi tamen observa (1.) ut cuilibet quidem libere re sua licere, quatenus prohibitum non est. text. in l. statuas 7. C. de religiof. Wesenb. de acquir. rer. domin. n. 12. §. 4. Inst. de jur. person. (2.) abuti re sua hæcenus licere, quando abusus est modicus d. l. 25. §. 11. vid. Osterman. rational. ad §. ult. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur. quod igitur dictum tale pactum LL. improbari; id verum si nimirum sine justa causa hoc pactum indicatur, l. ult. C. de pact. inter empt. & vendit. Wesenb. in parat. de distract. pign. n. 5.

X.

Ad usus profanos relicti, ad meliores converti possunt, l. 1. C. de expens. ludor. lib. 11.

XI.

Usus loquendi considerari debet, c. quamvis 9. extr. de V. S. Usus enim vocis alius est ex subtilitate, alius ex exacta phonetia l. licet. 58. de V. S.

XII.

Cujuscunque rei usus est sine abusu, illius verus datur

datur usufructus. Germ. der Mißbrauch, quia usufructus exercendus est salva rei substantia l. 2. ff. de usufr. Ita ædium, pecorum, vestimentorum, pretiosorum verus dicitur usufructus, sicut & gemmarum, l. 23. ff. eod.

XIII.

Cujuscunque rei usus non est sine abusu, seu quæcunque res utendo consumitur, illius est quasi usufructus, quia sic non salva manet substantia. Talia sunt pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum & in genere omnes res fungibiles, quæ finito usufructu non in specie, sed in genere, aut æstimatione restituntur.

XIV.

Quoties nemo concurret, cui debetur legitima, toties usufructus omnium bonorum relinqui potest, Nov. 18. c. 3. Quia legitima sine omni gravamine relinquenda l. quoniam. 32. C. de inoffic. Testam. Non minimum autem gravamen est usufructus, quia servitus est, Carpz. Part. 3. Confit. 12. Defin. 7.

XV.

Quoties bona fidei commissaria post mortem restituenda sunt ipsi heredi, toties etiam horum debetur usufructus. Quoties verò alii, quam heredi, sunt restituenda, toties illorum usufructus non debetur.

XVI.

Quæcunque onera rei imponuntur propter fructus, ad illa tenetur usufructuarius, quia secundum naturam est, ut onera & incommoda sequantur eum, quem sequuntur commoda l. 10. ff. de R. 7. ita ad tributa & collectas tenetur.

Limita: nisi fuerint immensa onera, quæ ipsos fructus superant. Quò casu teneretur quidem usufructuarius tanquam possessor, semper tamen regressum haberet contra proprietarium. Carpz. L. 1. Respons. 105. n. 8.

XVII.

Quoties fructus sua sponte separati, toties illos colligendo suos facit usufructuarius, quia cum usufructus in fruendo & sic in facto aliquo usufructuarii constituit, collectionis factum ad minimum necessarium erit. c. g. si poma, pira, &c. sponte sua sint delapsa.

XVIII.

Quoties fructus separantur facto usufructuarii, toties hic eos suos facit. Quia sic jam ad est factum separationis quò fructus acquiruntur, c. gr. poma decerpando, frumenta motendo, &c.

XIX.

Quoties pensio præstanda pro re, certò anni tempore fructum præstante, toties illa perceptis fructibus transmittitur ad usufructuarii heredes, licet dies solvendæ pensionis nondum extiterit. l. 58. ff. de usufr. quia post fructuum perceptionem causa jam extitit, ob quam solvenda fuit pensio. Exemplum est in d. l. 58.

XX.

Quoties præstanda pensio pro re singulis diebus fructum præstante, toties illa pro ratâ dividitur inter heredem usufructuarii & proprietarium. Quia sic eo tempore, quò decebat usufructuarius, pro parte percepti erant fructus

l. 26. ff. de usufr. Exemplum est in pensionibus ædium.

XXI.

Quotiescunque naturales fructus ad necessaria vitæ subsidia alicui concessi sunt, toties concessus est usus. Ita qui fundi usum habet, potest uti oleribus, pomis, &c. ad usum quotidianum. confer. §. 1. 2. 3. & 4. Instit. de Usu & Habit.

XXII.

Omnis rei duplex est usus, proprius & improprius, Arist. 1. polit. ubi hoc illustrat exemplo calcei, cuius usum proprium esse ait, ut inducatur in pedes: improprium, ut commutetur cum pecunia vel aliâ re. Utamur alio: Vestis usus proprius est, ut frigus depellat, & corpus tegat, & quoniam huius rei gratia partim est inventa. Improprius usus vestis est, ut etiam adhibeatur ad ornatum corporis & dignitatem. Sic vestes Coæ & Laconicæ corpus potius nudabant, quam tangebant, nec corpori ullum aut pudori auxilium afferebant. l. quamvis de aur. & arg. legat. ita carceris usus proprius est, ut contineat homines reos l. 8. §. 9. de pan. improprius ut puniat. l. 1. §. ult. de alear. l. 3. C. de Cust. reor. Neque enim minus carcer appellatur is, qui punit, quam qui continet & custodit, in quo tamen & improprie semper inesse dicitur pœna aliqua, ut in l. 2. 3. de Custod. reor. quia tædium inest & nota quadam. l. 3. §. lege ff. de testam. Cujac. in Comment. Cod. de Cust. reor. p. 1078. & in Comment. ad l. verum est. 216. de V. S. ita denique monasteria religionis causa instituta fuerint, adhibentur tamen etiam adulteris mulieribus coercendis. vid. Welsch. ad L. Jul. de adult. n. 19.

XXIII.

Usus non debet tolli propter abusum. c. neque enim 14. q. 5.

CAP. XLIX.
Utile & inutile.

Axioma I.

Quæ non multum expediunt, curiose inquirenda non sunt, c. si rector 1. dist. 43. Gilcken. ad l. Gallus §. 11. de posthum. hered. inst. Cran. cass. de interd. n. 53.

II.

Utile quoties concurret cum inutili, seu quoties concurret causa, quæ prodest, cum ea, quæ nocet, illa, quæ prodest, attenditur. l. pro emptore 2. §. si à pupillis. 25. ff. pro emptor. Sanz. Morqueh. tract. de divis. bonor. 1. c. g. n. 34. Vitium enim regulariter non vitiat, sed vitatur. l. 1. de condit. inst. Et suffinet ad eò ipsum inutile, quod elegantibus exemplis probat Cujac. in recit. Cod. de Ret uxor. att. pag. 496. B.

Declaro, ut maxime procedat in actibus divinis & separabilibus. l. 1. §. sed si mihi Pamphilum. de V. O. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 13. n. 20. vers. primo.

III.

Potius aliquid quod usum habeat tractandum est. Welsch. in pam. ff. de damn. infect. n. 6.

(Mm) 3

Tur-